

In honore Sanctissimae Sindonis

TESTI E TRADUZIONI

Pro festo Sanctissimae Sindonis Taurinensis ad vespera

Deus in adiutorium meum (invitatorio)

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuvandum me festina.
Gloria Patri et Filio et Spiritui
Sancto.
Sicut erat in principio et nunc et
semper et in saecula saeculorum.
Amen.

O Dio, vieni a salvarmi.
Signore, vieni presto in mio aiuto.
Gloria al Padre, al Figlio ed allo
Spirito Santo.
Come era in principio, ora e
sempre, nei secoli dei secoli. Amen.

Ioseph nobilis decurio (antifona)

Ioseph nobilis decurio, vir bonus et
iustus, et ipse dives erat expectans
regnum Dei. Alleluia.
Dixit Dominus Domino meo: sede
a dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuae emittet
Dominus ex Sion: dominare in
medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis
tuae in splendoribus sanctorum ex
utero ante luciferum genui te.

Giuseppe, nobile decurione, era un
uomo buono, giusto ed anche ricco;
aspettava il regno di Dio. Alleluia.
Disse Il Signore al mio Signore:
siedi alla mia destra.
Finché io ponga i tuoi nemici come
sgabello per i tuoi piedi.
Il Signore manda da Sion lo scettro
del tuo potere: domina in mezzo ai
tuoi nemici.
Tuo è il fondamento, nel giorno
della tua potenza nello splendore
dei santi, prima dell'aurora, io ti ho
generato dal grembo materno.

Hic audacter (antifona)

Hic audacter introivit ad Pilatum et
petiit corpus Iesu. Alleluia.
Confitebor tibi Domine in toto
corde meo in consilio iustorum et
congregatione.
Magna opera Domini exquisita in
omnes voluntates eius.
Confessio et magnificentia opus
eius et iustitia eius manet in
saeculum saeculi.
Memoriam fecit mirabilium suorum
misericors et miserator Dominus
escam dedit timentibus se.

Costui, coraggiosamente, si recò da
Pilato e chiese il corpo di Gesù.
Alleluia.
Renderò grazie al Signore con tutto
il cuore, nel consesso dei giusti e
nell'assemblea.
Grandi sono le opere del Signore,
sia manifesta in tutte le cose la sua
volontà.
Le sue opere sono splendore di
bellezza e la sua giustizia permane
attraverso i secoli.
Ha lasciato un ricordo dei suoi
prodigi il Signore pietoso e
misericordioso ha nutrito coloro
che lo temono.

Cum cognovisset (antifona)

Cum cognovisset Pilatus a centurione quod iam mortuus esset donavit corpus Iesu. Alleluia.
Beatus vir qui timet Dominum in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur.
Gloria et divitiae in domo eius, et iustitia eius manet in saeculum saeculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors et miserator et iustus.

Pilato, quando seppe dal centurione che era già morto, donò il corpo di Gesù. Alleluia.
Beato l'uomo che teme il Signore e rispetta i suoi precetti.
La sua stirpe sarà potente sulla terra e lo benediranno le generazioni dei giusti.
Onore e ricchezze nella sua casa, la sua giustizia resterà nei secoli.
Spunta nelle tenebre come luce per i giusti, pietoso, misericordioso e giusto.

Ioseph autem (antifona)

Ioseph autem mercatus sindonem et deponens eum involvit Sindone.
Alleluia.
Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in saeculum.
A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes gentes Dominus et super coelos gloria eius.

Giuseppe, allora, acquistato un lenzuolo, lo depose e lo avvolse nella Sindone. Alleluia.
Lodate, servi del Signore, lodate il nome del Signore.
Sia benedetto il nome del Signore, ora e sempre.
Sia lodato il nome del Signore dal sorgere del sole fino al tramonto.
Il Signore è grande sopra tutte le genti e la sua gloria è ad di sopra dei cieli.

Posuit eum (antifona)

Posuit eum in monumento in quo nondum quisquam positus fuerat.
Alleluia.
Laudate Dominum omnes gentes; laudate eum, omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, et veritas Domini manet in aeternum.
Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper et in saecula saeculorum.
Amen.

Lo pose in un sepolcro nel quale nessuno era ancora stato deposto. Alleluia.
Tutte le genti lodino il Signore, lo lodino tutti i popoli.
Poichè la sua misericordia su di noi è stata rafforzata, e la verità di Dio rimane per sempre.
Gloria al Padre, al Figlio ed allo Spirito Santo.
Così era in principio, ora e sempre, nei secoli dei secoli. Amen.

Quis est ipse (capitolo)

Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suae? Ego qui loquor iustitiam et propugnator sum ad salvandum.
Deo gratias.

Chi è costui che viene da Edom, da Bozrah con le vesti tinte di rosso? Costui, splendido nella sua veste, che avanza nella pienezza della sua forza? Io, che parlo con giustizia, sono grande nel soccorrere.
Rendiamo grazie a Dio.

Gloriam sacrae (inno)

Gloriam sacrae celebremus omnes
Sindonis: laetis recolamus hymnis,
et piis votis, monumenta nostrae
certa salutis.

Quae refert semper veneranda
Sindon, sanguine impressis
decorata signis, dum cruce ex alta
tulit involutum corpus Iesu.
Reddit haec saevos animo dolores,
quos tulit, casum miseratus Adae,
Christus humani generis redemptor,
morte peremptor.

Saucium ferro latus atque palmas,
et pedes clavis, lacerata flagris
membra, et infixam capiti coronam
monstrat imago.

Quis pius siccis oculis, et absque
intimi cordis gemitu notata,
vivaque indignae simulacra mortis
cernere possit?

Nostra cum solum tibi, Christe,
culpa causa tantorum fuerit
malorum, nostra debetur tibi vita:
vitam dedimus ipsam.

Sit tibi, Fili, decus atque virtus, qui
tuo mundum redimis cruore, quique
cum summo Genitore, et almo
flamine regnas. Amen.

Celebriamo tutti la gloria della
sacra Sindone: ricordiamola con
lieti inni e pie preghiere, segni certi
della nostra salvezza.

È importante che la Sindone sia
sempre venerata, ornata dai segni
impressi dal sangue, poiché portò
avvolto il corpo di Gesù deposto
dall'alta croce.

Questa Sindone riporta nell'animo
le terribili sofferenze che sopportò
Cristo, Redentore del genere
umano, mosso a compassione dopo
la caduta di Adamo, avendo
sconfitto la morte.

L'immagine mostra il fianco trafitto
dalla lancia e le mani e i piedi dai
chiodi, le membra lacerate dalle
frustate e la corona posta sul capo.

Quale persona pia potrebbe
guardare senza lacrime, e senza un
gemitto dal profondo del cuore,
un'immagine così segnata e viva di
una morte tanto indegna?

Ti siano resi, o Figlio, onore e
gloria, tu che redimi il mondo con il
tuo sangue e che regni con il Padre
altissimo e lo Spirito consolatore.
Amen.

Tuam Sindonem (versetto)

Tuam Sindonem veneramur,
Domine.
Tuam recolimus passionem.

Adoriamo la tua Sindone, o
Signore.
Ricordiamo la tua passione.

Homo quidam (antifona al Magnificat)

Homo quidam dives ab
Arimathaea, nomine Ioseph,
accepto corpore Iesu, involvit illud
in sindone munda. Alleluia.
Magnificat anima mea Dominum.
Et exultavit spiritus meus in Deo
salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillae
suae ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens
est et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in
progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo
dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede et
exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis et divites
dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum
recordatus misericordie suae.
Sicut locutus est ad patres nostros
Abraham et semini eius in saecula.
Gloria Patri et Filio et Spiritui
Sancto.
Sicut erat in principio et nunc et
semper et in saecula saeculorum.
Amen.

Un uomo ricco di Arimatea,
chiamato Giuseppe, preso il corpo
di Gesù, lo avvolse in un lenzuolo
candido. Alleluia.
L'anima mia magnifica il Signore.
Ed il mio spirito esulta in Dio, mio
salvatore.
Perché ha guardato l'umiltà della
sua serva, d'ora in poi tutte le
generazioni mi chiameranno beata.

Perché grandi cose ha fatto in me
l'Onnipotente e santo è il Suo
nome.
Di generazione in generazione, la
sua misericordia si stende su quelli
che lo temono.
Ha spiegato la potenza del suo
braccio, ha disperso i superbi nei
pensieri del loro cuore.
Ha scacciato i potenti dai troni, ha

innalzato gli umili.
Ha soccorso Israele, suo servo,
ricordandosi della sua misericordia.
Come aveva promesso ai nostri
padri, ad Abramo ed alla sua
discendenza per sempre.
Gloria al Padre, al Figlio ed allo
Spirito Santo.
Così era in principio, ora e sempre,
nei secoli dei secoli. Amen.

Deus qui nobis in sancta Sindone (oratio)

Deus, qui nobis in sancta Sindone,
qua corpus tuum sacratissimum e
cruce depositum a Ioseph
involutum fuit, passionis unae
vestigia reliquisti: concede
propitius; ut per mortem et
sepulturam tuam, ad resurrectionis
gloriam perducamur: qui vivis et
regnas cum Deo Patre in unitate
Spiritus sancti Deus, per omnia
saecula saeculorum.
Amen.
Benedicamus Domino.
Deo gratias.

O Dio, che ci hai lasciato un segno
della tua passione con la santa
Sindone, nella quale fu avvolto da
Giuseppe il tuo corpo santissimo,
deposto dalla croce: concedi
benigno che, grazie alla tua morte
ed alla tua sepoltura, giungiamo
alla gloria della resurrezione: tu che
vivi e regni con Dio Padre,
nell'unità dello Spirito Santo, per
tutti i secoli dei secoli.
Amen.
Sia benedetto il Signore.
Rendiamo grazie a Dio.

Circumdederunt (introito)

Circumdederunt me gemitus mortis
dolores inferni circumdederunt me
et in tribulatione mea invocavi
Dominum et exaudivit de templo
sancto suo vocem meam.
Diligam te Domine fortitudo mea,
Dominum firmamentum meum et
refugium meum et liberator meus.

Mi circondavano lamenti di morte,
mi avvolgevano i lacci degli inferi,
nel mio affanno invocai il Signore,
dal suo tempio ascoltò la mia voce.
Ti amo Signore mia forza, Signore
mio sostegno, mio rifugio e mio
liberatore.

Christus factus est (graduale)

Christus factus est pro nobis
obediens usque ad mortem mortem
autem crucis.
Propter quod Deus exaltavit illum
et dedit illi nomen quod est super
omne nomen.

Cristo si è reso obbediente per noi
fino alla morte, ed alla morte di
croce.
Per questo Dio lo ha esaltato e gli
ha dato il nome che è al di sopra di
ogni altro nome.

De profundis (alleluia)

Alleluia.
De profundis clamavi ad te Domine
Domine exaudi vocem meam.

Alleluia.
Dal profondo ti ho chiamato o
Signore, Signore ascolta la mia
voce.

Pater si non potest (communio)

Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.
Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? Longe a salute mea.

Padre, se non puoi allontanare da me questo calice senza che io lo beva, sia fatta la tua volontà.
Dio mio, Dio mio, volgiti a me: perché mi hai abbandonato? Tu sei lungi dal soccorrermi.

Missa pro festo Sanctissimae Sindonis

Humiliavit semet ipsum (introito)

Humiliavit semet ipsum Dominus Iesus Christus usque ad mortem: mortem autem crucis propter quod et Deus exaltavit illum et donavit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluia. Alleluia.
Misericordias Domini in aeternum cantabo: in generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

Il Signore Gesù Cristo ha umiliato se stesso fino alla morte, ed alla morte di croce; perciò Dio lo ha esaltato, donandogli un nome che è al di sopra di ogni nome. Alleluia. Alleluia.
Canterò in eterno la misericordia del Signore: con la mia bocca proclamerò di generazione in generazione la tua verità.

Ave Rex noster (alleluia)

Alleluia.
Ave Rex noster tu solus nostros es miseratus errores. Alleluia. Tibi gloria hosanna tibi triumphus et victoria: tibi summae laudis et honoris corona. Alleluia.

Alleluia.
Ave, nostro Re, tu solo hai compassione delle nostre colpe. Alleluia. A te la gloria, il trionfo e la vittoria; a te la corona, con grandi lodi ed onore. Alleluia.

Ingressum Aaron (offertorio)

Ingressus Aaron tabernaculum, ut holocaustum offeret super altare pro peccatis filiorum Israel tunica linea indutus est. Alleluia.

Aronne entrò nel tabernacolo per offrire un sacrificio sull'altare per i peccati dei figli di Israele, vestito con una tunica di lino. Alleluia.

Ioseph autem (communio)

Ioseph autem mercatus sindonem et deponens eum involvit Sindone. Alleluia.
Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Giuseppe, allora, dopo aver comprato un lenzuolo, lo depose e lo avvolse nella Sindone. Alleluia. Gloria al Padre, al Figlio ed allo Spirito Santo. Così era in principio, ora e sempre, nei secoli dei secoli. Amen.

Surgit Christus cum trophæo (sequenza tropata)

Surgit Christus cum trophæo iam ex agno factus leo solemni victoria. Mortem vicit sua morte reseravit seram portae suae mortis gratia.

Hic est agnus qui pendeat et in cruce redimebat totum gregem ovium.
Cui nullus condolebat Magdalenam consumebat doloris incendium.

Dic Maria quid vidisti
contemplando crucem Christi?
Vidi Iesu spoliari et in cruce
sublevari peccatorum manibus.
Dic Maria quid vidisti
contemplando crucem Christi?
Spinis caput coronatum vultum
sputis maculatum et plenum
livoribus.
Dic Maria quid vidisti
contemplando crucem Christi?
Hastam latus vulnerari manus pedes
perforari vivi fontis exitum.
Dic Maria quid vidisti
contemplando crucem Christi?
Quod se Patri commendavit et quod
caput inclinavit et emisit spiritum.
Dic Maria quid vidisti
contemplando crucem Christi?
Totum mundum tenebrari terram
motam conquassari monumenta
reaserari velum templi lacerari. Dic
Maria quid fecisti postquam Iesum
amisisti?
Matrem flentem sociavi quam ad
domum reportavi et in terram me
prostravi et utrumque deploravi.
Dic Maria quid fecisti postquam
Iesum amisisti?
Post unguenta praeparavi et
sepulchrum visitavi non inveni
quem amavi planctus meos
duplicavi. O Maria noli flere iam
surrexit Christus vere.
Certe multis argumentis vidi signa
resurgentis.
Dic nobis Maria quid vidisti in via?
Sepulchrum Christi viventis et
gloriam vidi resurgentis.
Dic nobis Maria quid vidisti in via?
Angelicis testes sudarium et vestes.
Dic nobis Maria quid vidisti in via?
Surrexit Christus spes mea
praecedet suos in Galilaeam.
Credendum est magis soli Maria
veraci quam iudaeorum turbae
fallaci.
Scimus Christum surrexisse a
mortuis vere. Tu nobis victos Rex,
miserere.
Alleluia.
Cristo è risorto, da agnello fattosi
leone. Ormai stringe il trofeo della
solenne vittoria.
Con la sua morte ha vinto la morte,
con la grazia della sua morte ha
dischiuso la porta chiusa. Questo è
l'agnello che era appeso ed in croce
redimeva l'intero gregge di agnelli.
Per lui, di cui nessuno provava
compassione, un incendio di dolore
consumava Maddalena.

Dicci, Maria, cos'hai visto
contemplando la croce di Cristo?
Ho visto Gesù spogliato e sollevato
in croce da mani di peccatori.
Dicci, Maria, cos'hai visto
contemplando la croce di Cristo?
Il capo coronato di spine, il volto
macchiato di sputi e pieno di lividi.
Dicci, Maria, cos'hai visto
contemplando la croce di Cristo?
La lancia che gli apriva il fianco, le
mani ed i piedi perforati, lo sbocco
di viva fonte.
Dicci, Maria, cos'hai visto
contemplando la croce di Cristo?
Che si è affidato al Padre, e che ha
reclinato il capo ed è spirato.
Dicci, Maria, cos'hai visto
contemplando la croce di Cristo?
Tutto il mondo si è oscurato, la
terra, scossa, si è squarciata, i
sepolcri si sono aperti, il velo del
tempio si è lacerato.
Dicci, Maria, cos'hai fatto dopo che
hai perduto Gesù?
Mi sono unita al pianto di sua
madre, che ho riaccompagnato a
casa, mi sono prostrata a terra e ho
compianto entrambe.
Dicci, Maria, cos'hai fatto dopo che
hai perduto Gesù?
Poi ho preparato gli unguenti e ho
visitato il sepolcro: non ho trovato
colui che ho amato e ho
raddoppiato il mio pianto.
O Maria, non piangere: ora davvero
Cristo è risorto.
Certamente da molti indizi ho visto
i segni del Risorto.
Dicci, Maria, cos'hai visto lungo il
cammino?
Il sepolcro di Cristo vivente, ho
visto la gloria del Risorto.

Dicci, Maria, cos'hai visto lungo il
cammino?
Gli angeli suoi testimoni, il sudario
e le vesti.
Dicci, Maria, cos'hai visto lungo il
cammino?
Cristo, mio speranza, è risorto e
precede i suoi in Galilea.
Meglio credere alla testimonianza
veritiera di Maria, piuttosto che alla
folla bugiarda dei Giudei.
Sappiamo che Cristo è davvero
risorto dai morti. Tu, re vincitore,
abbi pietà di noi.
Alleluia.

